



Disputatio juridica inauguralis de contrahenda emtione et venditione

<https://hdl.handle.net/1874/340899>

DISPUTATIO IURIDICA
IN AVGVRALIS,
DE
CONTRAHENDA
EMTIONE ET VENDITIONE,
QVAM

Præside Deo Opt. Max.

Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,
D. ARNOLDI SENGVERDII,
Lib. Art. Magistri, & in celeberrimâ Ultrajectinâ
Academiâ Philosophiæ Professoris Primarii, Consensu
amplissimi Senatus Academicus, & Iuridicæ
Facultatis decreto.

Pro gradu Doctoratus in V. I. consequendo,
Publico examini subjicit

GERARDVS à NYENDAEL, Ultraject.

Ad diem 21. Octobris horis locoque solitis.



ULTRAJECTI.

Apud PETRVM DANIELIS SLOOT,
ANNO MDCXLV.



Viro gravi, eruditio & integro

D. IOHANNI STRATENO,
Curiæ supremæ hujus Provinciæ Con-
filiario, nulli secundo, Cognato, quon-
dam tutori, semper alteri parenti.

D. CASPARI BARLÆO,
Medicinæ Doctori & Philosophiæ Profes-
sori, mundi cymbalo.

Poëticæ
eximii.

D. LAVRENTIO NIENDAELIO,
I. C. Fratri unico.

Hanc disputationem Inauguralem

Offert & inscribit,

GERARDVS à NYENDAEL.

DISPUTATIO IURIDICA
INAUGURALIS,
DE
CONTRAHENDA
EMTIONE ET VENDITIONE.
THEISIS I.



Mtio & venditio est contractus consensu initus, de re certo pretio habenda. Malo, cum Cujacio, de re certo pretio acquirendā. a) Id enim debet agi à contrahentibus ut dominium transeat in emtorem. b)

a) Cujac in parat. ff. eod.
b) l. pen. s. ult. ff. eod.

II.

Premium in pecunia numerata consistere debet. a) Debet & premium certum esse. b) Unde quæsum est, An valeat venditio eo pretio quod in arcâ habeo? Et placet valere. c)

a) l. i. ff. b. t. s. Item premium. Inst. eod.
b) s. i. Inst. eod.

A 2

c) l. 7:

a) l. 7. §. pen. ff. eod. junct. l. Sed et si 28. §. ult. ff.
de jud. Each. lib. 2. controv. I.

III.

Consensu solo non semper emtio venditio perfici-
tur: excipienda enim ea quæ in scriptis celebratur: a)
item ea qua res fungibles ad pondus, numerum
vel mensuram venduntur. b)

- a) pr. Inst. b. t. l. Contractus 17. C. de fid. Instr.
b) l. Sæpe 35. §. In his. ff. b. t. l. 1. §. 1. ff. de peric.
¶ comm. rei venditæ.

IV.

Emere & vendere possunt omnes qui non prohi-
bentur. a) Prohibentur alii naturâ b) alii lege. c) In-
vitus autem nemo emere d) aut vendere cogitur.

- a) Pac. Isagog. h. t. n. 4.
b) Ut infans, furiosus. l. 2. C. h. t. l. 5. ¶ 40. ff. de
R. I.
c) Ut is cui bonis interdictum est d. l. 40. de R. I.
d) Quibusdam casibus exceptis, veluti testamento jussus.
l. 66. de legat. 1. velratione communionis. l. 13. 5.
27. ff. de akt. emt. Vel ut publicæ inedie consulatur
¶ c. Myns. 5. Obs. 27. Franc. Viv. lib. 1. decij. 28.
n. 14. Tuld: ad C. b. t. n. 1.

An

V.

An tutor cum pupillo emtionem & venditionem contrahere possit? Negatur. I. Si in emtione s. ult. ff. h. t. Nec obstat l. 5. s. 1. ff. de auctoritat. tut. I. 5. C. de contr. emt. vid. gloss. & DD. in d. l. 34. & d. l. 5.

VI.

An Medicus cum ægroto? Nego & illud arg. I. 3. Si medicus. ff. de extraord. cognit. I. 9. C. de Profesor. & med. junctâ l. quisquis. 6. 5. Præterea. C. de Postul. Pinell. ad d. l. 2. C. de rescind. vend. part. 2. cap. 2. n. 33. Moribus melius contrarium observatur.

VII.

Quod si quis Titio promiserit se certum prædium ei venditurum, num invitus cogi possit vendere? Neg. a) Etiam cum dixit Titio, vendam nulli nisi tibi. b) Nisi dolus intercesserit.

a) Franc. Vir. lib. 2. decis. 329. n. 3.

b) Boër. decis. 49. nu. 1. & seqq. Fac. l. Qui fundum 75. ff. de contr. emt. l. Si sterilis. 21. s. pen. ff. de act. emt.

A 3

Si

VIII.

Si hereditas vendita fit, vendor heres manet. a)
Vnde sequitur, creditores actiones suas adversus
emtorem invitum instituere non posse, b) Sed adver-
sus consentientem duntaxat.

- a) §. Restituta. Inst. de fidei. comm. hered. l. ei qui 88.
in fin. ff. de hered. Instituend.
b) l. 2. C. de palt. Sand. lib. 3. decis. fris. tit. 4. def. 3.

IX.

Quæstio difficillima & usu frequentissima, utrum
ius accrescendi transeat ad emtorem hereditatis? Aff.
l. 2. in pr. §. 4. & §. 18. ff. de hered. & act. vend. l. Si Titio.
33. §. 1. ff. de usufructu. l. Si totam. 83. ff. de adquir. vel
omitt. hered. Duar. lib. 2. de jur. accresc. c. 6. post Barthol.
in l. re conjuncti. 89. ff. de legat. 3. Diss. Cujac. 12.
obs. 13. Gomez. tom. 1. variar. resol. c. 10. nu. 44.
Treatl. vol. 1. disp. 28. thes. 12.

X.

Cum nominis venditio fit, nihil aliud ad emtorem
transfertur (isque nihil amplius exigere potest) quam
efficit soluti pretii, & usurarum ejus, quantitas, licet
pro parte residua expressim donatio fiat, a) residuum
autem

autem lucro debitoris cedit. b)

- a) l. 22. 23. C. mand. ubi communiter DD. Statut. Vrb.
Traj. Vltr. rub. 28. art. 10.
b) arg. dd. ll.

XI.

Duplex ex hoc contractu nascitur actio, una emti,
qua agit emtor adversus venditorem ut rem vendi-
tam tradat, a) una cum fructibus & accessionibus b)
Altera venditi, quæ venditori competit adversus em-
torem ad consequendum pretium cum usuris ex
mora. c)

- a) l. ex emto 11. §. *Si in primis ff. de act. emt.*
b) l. Julianus. 13. §. *Si fructibus l. fundi 17. ff. de act.*
emt. l. Qui fundum. 40. §. 3. § 4. ff. de contr. emt.
l. 7. ff. de peric. & commodo rei vend. l. 13. & 19.
C. de act. emt.
c) d. l. 11. §. *Si in primis l. 13. §. eveniant. D. eod. l.*
curabit s. C. eod.

XII.

Vulgatissimā est quæstio, an Venditor præcisē
teneatur tradere rem venditam? Mihi in puncto
juris

juris verior videtur negantium sententia : a) æquior tamen distinctio, quam praxis probat, ut si tradendæ rei facultatem habeat, cogatur tradere : sin minus, liberetur præstando id quod interest. b)

a) l. 11. §. Idem ait. l. Si jactum. 12 ff. de act. emt. l. 4. C. eod. l. si cum fundum 68. §. ult. ff. de contr. emt. l. Contractus. 17. C. de fid. Instrum. junct. l. stipulationes. 72. ff. de V. O. l. 11. l. 13. §. 1. ff. de rojudic.

b) argum. l. 1. ff. de paet. l. 1. ff. de const. pec. l. nihil tam 35. ff. de reg. jur. l. Sicut C. de obl. & act. cum simil. Duar. in l. 72. ff. de V. O.

XIII.

De venditione facta ad corpus aut ad mensuram queritur, Si venditio facta sit ad corpus & major inveniatur mensuræ modus quam in venditione expressus est, an id lucro emtoris cedat ? Aff. a) Quid si minor mensuræ modus reperitur ? Venditoris damnum est, ut propterea pretium sit diminuendum; b) nisi defectus sit exilis, vel emtor sciverit minorem esse agri modum.

a) l. Si dñorum. 42. ff. de act. emt. Fach. 2. contr. 27.

Tuld. ad C. tit. de peric. & comm. rei vend. n. 11.

Praeses Everhard. cons. 7. nu. 16. Costal. ad l. Qui fundum. 40. §. Qui agrum. ff. de contr. emt.

b) l.

b) l. Qui fundam 45. l. Qui libertatis 69. §. ult. ff.
de evid. Fach. d. contr. 27.

c) Tuld. ad d. tir. Cod. de peric. & commr. rei vend.
n. 13. Pinellus de rescind. vend. part. 3. cap. 2. nu. 9.

XIV.

Quæstionis est, Si duo eandem rem vendiderunt
cum pacto redimendi, an altero cessante alter solus
retrahere possit? Affirmativa sententia verior mihi
videtur, si totum offerat pretium, a) quo rem totam
redimat.

a) Fach. 2. contr. 2. Costa ad l. 7. §. Si debitor. D. Communi
dividendo. Et ad l. Quod si uno. 13. D. de in diem ad-
dict. Costa de quota & rata, qu. 135. nu. 2. Tuld. ad C.
tit. de pact. inter emtor. & vend. nu. 3. Christin. ad ll.
Mechl. tit. 11. art. 21. nu. 2. Facit d. l. 13. l. de in diem
addict. l. 31. §. Si plures ff. de adil. adict.

XV.

Ad quem pertinent fructus rei venditæ cum pacto
redimendi? Resp. Fructus perceptos antequam ven-
ditori pretium offeratur omnes ad emtorem pertine-
re, a) pendentes autem dividendos esse inter emtore
& venditorem, pro rata ejus temporis quo emtor pos-
sedit. b)

a) Mynf. 6. Obs. 50. n. 1. Christ. ad ll. Mechl. tit. 11. art. 24.
nu. 2. & art. 27. nu. 2. & art. 28. nu. 3.

B b) Covar.

b) Covar. i. var. resol. 15 n. 6. Fach. 2. contr. 14. Costa de
quota & rata qu. 36. Franc. Virius lib. i. decis. 8.
nu. 13. ubi refert variis in causis ita judicatum fuisse.
Contrarium judicatum fuisse refert Christianus ad. ll. Mechli-
nenses tit. II. art. 24. n. 3.

XVI.

Error qui in re aut materia est vitiat a) hunc con-
tractum, sive emtor, sive venditor sive ambo in eo
erraverint. b)

a) l. 9. §. ult. l. 10. 11. in pr. ff. b. t. Bronck. 2 cent.
assert. 53.

b) d. l. 9. l. 14. ff. b. t. ibi gl. Bart.

XVII.

Rescinditur emtio venditio, ritè contracta, con-
trario consensu, re adhuc integrâ, a) vel si dolo, b)
vi metuve contracta sit.

a) Ut & ceteri contractus nudo consensu constantes, l. 7.
§. 6. l. 5. 8. ff. de pactis l. 3. pr. l. 5. §. 1. ff. de rescind. vend.
l. 35. ff. de Reg. Iur. Item §. ult. inst. Quib. mod. toll.
obligat. l. 1. 2. Cod. Quand. liceat ab emt. disced.

b) l. 5. Cod. de rescind. vend.

c) l. 8. Cod. de rescind. vend.

XVIII.

An ab emtione perfecta dispendio arrham di-
scendere liceat, quæstionis est? Negantium opinio
haud dubiè verior est.

l. 2. C.

*l. 2. C. quand lic. ab emt. disced. Bronck. 2. aff. 54.
Wesemb. parat de conerah. emt. nu. 9. Tuld. ad tit.
Cod. Quand. lic. ab emt. disced. Diff. Fach. 2. contr.
28. Treutel. volum. 1. disp. 28. Thes. 8. licet. 33.*

XIX.

**Rescinditur emtio venditio si emtor vel venditor
enormiter sit deceptus. a)**

a) *l. 2. C. de rescind. vend. que l. quanquam solum-
modo de venditore circumvento loquatur, tamen
etiam in emtore locum habet, Myns. ad 5. Item pre-
mium nu. 5. Inst. de emt. & vend. Fach. 2. contr. 16. Pi-
nell. de rescind. vend. part. 1. c. 2. n. 1. Tuld. ad Cod.
tit. de rescind. vend. nu. 3. Zand. decis. Fris. lib. 3.
tit. 4. def. 13.*

Dissentit Cujac. lib. 16. obs. 18.

XX.

**Habet etiam locum l. 2. in mobilibus, a) & in ven-
ditione facta judicis b) decreto.**

a) *Pinel. de rescind. vend. part. 2: c. 2. nu. 17.*

Dissentit Cujac. 16. Obs. 18.

b) *Arg. l. Si quidē. 11. C. de præd minor. Pinell. d. part.
2. c. 2. nu. 18. Franc. Vivius lib. 3. dec. 436. n. 20. Fach.
2. contr. 20. versu, Altera controversia &c. Sand. d.
ib. 3. tit. 4. def. 12.*

XXI.

**An etiam remedio d. l. 2. sit locus in subhæstatione
seu auctione? Multi affirmant. a) Alii negant. b) Distin-
guentium sententia nobis placet.**

a) *Pinell.*

- a) Pinell. d. part. 2. c. 2. nu. 35. Fach. 2. contr. 21. **V**
DD. ibid. pro affirmativa sententia allegati.
 b) Guido Pap. decis. 22. in fin. Christin. ad ll. Mechl.
tit. I. articulo 30. in addit. ad nu. 13. in fin.

X X II.

Nec generalem renunciationem, a) Nec juramen-
 tum de non contraveniendo , b) excludere rescissio-
 nem venditionis ex d. l. 2. verius esse arbitramur.

- a) Fach. 2. contr. 20. vers. Sexta **V** postrema. **Vc.**
Marant. part. 6. de appellat. nu. 86.
 b) Fach. 2. contr. 17.

X X III.

Periculum rei venditæ ordinariò ad emtorem per-
 tinet.

Corollaria impertinentia.

1. **V**Trum matrimoniū eâ lege contrahi
 possit ut non intercedat carnalis co-
 pula? Affirmant, Paludanus in 4. Sentent.
 distinct. 30. qu. 2. concl. 2. Io: Imolensis in l.
 Vbi ita donatur ff. de donation. causa mor-
 tis. Andreas Siculus in c. ult. de precario,
 allegati à Fachingæo 3. contr. 37. Nos nega-
 mus cum eod. Fach.

2. Procuratorum officium non est vile.

F I N I S.